

peccatori. De quo dominus per Ezech. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuer.& vi. Pereant ergo peccatores, quātum ad esse peccatoris, sed ideò, vt cognoscat quia nomen tibi dominus, tu solus al. super o. terrā. Et hoc clarus innuit, cum præmisit. Imple facies eorū ignominia, & quæ. no. t. domine. Ecce resurrectionem tanquā finē ruinæ. Pereat ergo peccator, qui dixit verbo, vel factō Non est Deus. Resurgat iustificatus, & cognoscat, quia nomen tibi dominus. Et in psal. 108. Deus laudē, vbi multa mala futura pauperum, & ecclesie sicut persecutoribus prophetico spiritu prænunciavit, vel vt venirent optauit, vt caderet persecutor. Quo sine hoc egerit, in eiusdem conclusione palam ostēdit di. Et cognoscat, quia manus tua hæc & tu d. e. eam. Sicq; timore penarū, quas à domino sibi infligi didicerūt discant resurgere post ruinā, qui in bonis domini impinguat, inersati, & dilatati recalcitrant. Et ob eandē causam, & nullam aliam hi duo psalmi cū Ictanij in missa leguntur, vt persecutores obedientium conuertantur, & nō sint persecutores, cadāt rebelles, surgāt obedientes, ruant inimici, leuētur amici, & fratres. Et qui alia intentione (sūt appetitu vindictæ) legeret, grauiter peccare t, & contra se irā domini prouocaret. Oremus ergo vt & nobis dominus sit in ruinā vtiōriū, & omnīū oculis suæ maiestatis displicētū, & in resurrectionem totius virtutis, & christianæ religionis.

Alia est horū verborū interpretatio literæ magis propinqua, sonans in austeritatem quantū ad ruinā, vt sit sensus. Positus est in ruinā .i. dānationem impiorū, & in resurrectionem .i. beatificationem piorū. Siquidem grauior erit damnatio impiorum, pro eo q; spreuerunt salutem iam per Christum acquiritam. Hinc ipse ait. Si non venissem & locutus eis nō fuisset, peccatō nō haberent. Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatū non haberent. Nūc autem excusationē non habent de peccato suo, quia viderunt, & oderūt me,

& patrem meum. Ioan. 15. Vel sic. Postus est hic in ruinam .i. occasione ruinæ, multorum, qui sua malitia scandalizati sunt in doctrina, & verbis, & operibus Christi, nulla data occasione per Christum, sed malitiosè recepta, pro eo, q; fuit contrarius operibus eorum. Cui consonat illud, quod dominus ait. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident, ceci fiant. Ioa. 9. Qui non vident secundum sapientiam huius mundi, videant secundum sapientiam Dei. Qui verò vident inflati, quæ vana sunt, fiat ceci in cognitione diuinorū. Sicut alibi exultans in spiritu ad patrem locutus est. Confiteor tibi domine pater q; abscondisti hæc à sapientibus, & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Ita patet quoniam sic pl. fa. an. te.

Ambabus his vltimis expositionib⁹, quæ non multum à se distant, concordat, quod sequitur. Et in signum cui contradicetur, imo huic signo contradicetur, ideò positus est in ruinam contradicitoribus. Et fortè dolendum min⁹ esset, si ruina hæc sisset apud gentiles, infideles &c. qui domino palam contradicunt verbis eum negando. Quoniam qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei Ioan. 3. Sed non sine cordis amari tudine, & gemitu graui audiuim⁹, quod sequitur, in Israel. Positus est, inquit, in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel .i. videndis Deum. Haud dubium quin in enigmate per fidem. Qui enim iam reuelata facie cognoscunt, sicut cogniti sunt, beati sunt, & confirmati, ruinam nullam timentes. Israel ergo sunt christiani vtiōres, Deum per fidem cognoscentes. Valde ergo nobis dolendum est q; dominus, qui vult omnes homines saluos heri. i. Timot. 2. (Vult voluntate antecedente, faciendo quod in se fuit, vnde omnes saluarentur. Siquidem soluit de lictum, aperuit regnum instituit medicinam ad infirmorum curationem, nihil restabit aliud ad vitæ æternæ præparationem, parauit abundē omnia)

Quæ ter
ribole q
dñs sit
positus
ruinam
multorū
in Israel